



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 53. Cæsar totum suum petitem Legatorum prudentiæ committens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI.

A.C. 1562.

„pariter ibi postulatum, ut leges aliquot
 „Ecclesiasticæ relaxentur propter quam-
 „dam Provinciarum imbecillitatem in
 „fide: porro id mirum haud videri de-
 „bebat iis, qui alias provincias in Re-
 „ligione firmiores incolebant, adeoque
 „hoc peculiari levamine haud indigen-
 „tes: denique mihi nuntiatum est, non-
 „nullis displicuisse, quod aliqua ibi pro-
 „ponerentur iisdem verbis, quibus ute-
 „bantur hæretici: verum nihil mihi ea
 „de re compertum est, utpote hæreti-
 „corum voluminum haud perito, sed ut-
 „cunque id foret, ubi res haberentur
 „pro malis, rejiciantur; ubi pro bonis
 „considerantur, laticem, non fontem esse
 „considerandum censeo. „

§. LIII.

*Cæsar totum suum petatum Legatorum
 prudentiæ committens.*

Pallav. n. 7.
8. 89

Tandem sic suam mentem declarabat
 Cæsar: „id totum significavi ad me
 „purgandum, non ad disceptandum vo-
 „biscum, quos agnosco tanquam præ-
 „stantissimos Ecclesiæ Cardinales, quo-
 „rum prudentiæ plurimum tribuo, quo-
 „rumve sincera, ac singularis erga me
 „benevolentia adeo mihi perspecta est,
 „ut nonnisi optima, paternaque consilia
 „ex ea mihi sint expectanda, si ergo
 „perlectis rationibus meis, opportunum
 „vos

„vos putatis scriptum illud proponere, Sæcul XVI.
 „vos rogo, ut id faciatis: sin aliter vo- A C. 1562.
 „bis videtur, ac præsertim animadverti-
 „tis, quod immineat Concilii dissolutio,
 „omni studio conabor, ne ego causam
 „præbeam tanto Ecclesiæ damno,
 „pro qua paratus sum sanguinem funde-
 „re. His postea adjecit: de propria
 „Romanæ Aulæ correctione, quamvis
 „ad communem reformationem multum
 „conduceret, non admodum sum sol-
 „licitus, maxime quia cognovi, quod
 „in id, cum hoc ipsum antea ignora-
 „rem, per summam industriam incum-
 „bat Pontifex, hinc nihil dubito, in eo
 „negotio, juxta ac in reliquis omnibus,
 „ab illo expletum iri partes universas
 „vigilantissimi, accuratissimi que Pasto-
 „ris: unde etiam auguror prosperum il-
 „lum successum, quem complures illius
 „decessores exoptaverant, nullus autem
 „eorum plene consecutus fuerat: ast
 „in aliis rebus, quæ ad communem e-
 „mendationem spectant, a vobis peto,
 „vosque per Deum obtestor, ut articu-
 „los istos confestim Synodo proponatis,
 „si non omnes simul, saltem eorum præ-
 „cipuos. Itaque Synodi Præsides, ut
 „Cæsari obsecundarent, se id in animo ha-
 „bere significabant, id tamen postea dex-
 „tere declinabant. (*) §. LIV.

(*) Observandum tamen, quod ex articulis

H 2

a Cæs-